



Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

§. 1. Varia vel conceptæ, vel natæ prolis incommoda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45686

478 Cap XXXVII. Cur Deus quosdam coniuges sinat esse steriles

haud diu postea, cum matre è vita decedentes, in eadem simul
vrna, tumulati sunt, in Monialium ordinis S. Bernardi mona-
sterio Loduno, non procul ab Haga Hollandæ vico maximo,
vbi hoc Epitaphium illis est positum. Illustris Domini Florentij
Comitis Hollandie filia, cuius mater fuit Mathildis, filia Henri
Ducis Brabantie, fratrem quoque habuit Gulielmum Alamanum
Regem. Hec prefata Domina Margareta, Anno salutis millesimo
ducentesimo, sexagesimo sexto, etatis sua anno quadragesimo secun-
do, ipso die parvissimes, hora nona ante meridiem, peperit infante vi-
nos promiscui sexus, numero trecentos sexaginta quatuor; qui, pof-
quam per venerabilem Episcopum Dominum Guidonem suffrag-
neum, presentibus nonnullis proceribus, & magnatibus, in pelsum quan-
dam baptismi sacramentum percepissent, & masculus Ioannes, fami-
lis vero nomen Elisabeth impositum fuisset, ipsorum omnium simul
cum matris anima ad Deum eternaliter vietura, redierunt: corpus
autem, sub hoc saxo requiescunt. Sicut ergo sterilitas & pena
esse potest, & beneficium Dei, ita potest etiam fertilitas paren-
tum non tantum eiusdem esse donum, verum divinæ quoque
vindictæ monumentum. Optimè igitur faciunt, qui in vitam
que partem contenti Conditorem laudant, seu dantem liberos,
seu negantem.

C A P V T XXXVIII.

Cur Matrimonia abortibus contristentur?

L.
Luc. 23.29.

Matth. 24.19.



Langebant piæ mulieres Christum, cùm cruce one-
ratus in supplicij locum exiret; ad quas ille conuer-
sus, jubebat eas super se ipsas flere, & super filios suos.
Caussam adjiciens dicebat: *Quoniam ecce venient dies, in quibus*
dicent: Beata steriles, & ventres, qui non genuerunt, & ubera, qui
non lactauerunt. Quod vel ad obsidionem Hierosolymitanam,
vel ad extremi judicij tempus pertinebat, quemadmodum &
illud: V&e prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. Sed profecto
potest etiam appositè, reliquis temporibus accommodari. Sz-
pe enim tantis prægnantes & nutrientes malis afficiuntur, ut
palam beatas vocent steriles, quæ non genuerunt. Nam esti-
conce-

conceperint, quantæ mox sequuntur crues? abortus, vteri molestia, partus, mors prolis intempestiuæ, iuspicio patris alieni, seductio, consortia mala, inobedientia, rebellio, alea, compotationes, scorrationes, & mille dedecora filiorum: & quanto meliores sunt parentes, tanto illis ægrius facit, si malos liberos sortiantur. Frequentissimum enim est, ut filij filieue degenerent. Nec sanè ex malo coruo duntaxat malum nascitur oum, sed etiam ab equo sæpe generatur mulus. Ad:mo suus natus est Cain; Noëmo suus ille Cham; Abrahamo Ismael; Isaaco pilosus Esau; Iacobœ Ruben. Quin & Dauid filium habuit Amnon incestum, & rebellantem Absalonem. Nonnè his satius fuisset, caruisse filijs, quam in illis genuisse fratricidas, aut patris irrisores, contemtores, persecutores? Ita, si vel maximè sterilicas à matrimonij abesset, tamen alia complura mala pullulant inde, querelis obnoxia. Negari hæc non possunt; sed, indicta caussa, non damnandus est author matrimonij; qui si sexenta incommoda permittit, mille habet caussas eorum permittendorum.

Atque vt intempestui partus originem indagemus, sape eius caussa est natura deficiens; sæpe mater efficiens; sæpe Deus puniens, aut ad bonum aliquod impellens. Natura, quæ non raro in ceteris animantibus impeditur, ne ad finem suum pertingat, cur in homine sit immunis? Inter apum morbos numerant, cum fauos non explent, cleron vocant. Idem blasphemiam, si fatum non peragant. Est in calo, qui vocatur lacteum circulus. Huius defluvio, velut ex ubere aliquo, sata cuncta lactescunt, duorum siderum obseruatione, aquila, in septentrionali parte, & in austrina canicula. Horum siderum diebus, si purus atq; mitis ær genitalem illum lacteumq; succū transmisit in terras, lata adolescentia sata. Si Luna roscidum frigus aspergit, admixta amaritudo, ut in latte puerperium necat. Certa obseruatio est, uno anno, plures fieri, quam altero, abortiones. Siderum ea iniuria est, quæ dum rebus alijs prosunt, herbis & frugiferis terris minus sunt benigna. Et prodest vniuerso, alia alijs annis melius provenire. Neque eadem stellarum positura potest rebus contrarijs fauere. Debuerant in tanta rerum varietate omnia omnibus,

IL

Plin. lib. 11. cap. 19.

Idem lib. 18.

cap. 29.